

Sigismundus III Iacobo de la Gardie  
Suecorum Polemarcho.

213

Sigismundus tertius Dei gratia Rex Po-  
lonie magnus Dux Lithuanie Russie Prus-  
siae et aliarum, Samogitiae Livonieque nec  
non Suecorum Gothorum Vandalorumque  
et hereditarius Rex.  
Generose fidelis nobis Dilute Intellecti-  
mus sepius et relato diversorum Fidelis  
tua in ditioribus Moschoviticis prospero  
eventu rem preteritis temporibus gessis-  
se, et hactenus non vulgari, sua cum laude  
de gerere, debitasque de infida hac gen-  
te sumere perfidie penas. Quoniam  
id fuit nobis audire, neque dubitamus et  
Deum violati nobis filioque nostro iuris  
jurandi ultorem non affuturum ulterius  
omnibus ausis et certo nobis persuademus,  
fidelitatem tuam non pretermisuram  
has ruse bene gerende non minusque sui  
propagandi ac de nobis totaque Repu-  
blica Polona III X. iterata Fidelis tua pro-  
missa benemerendi occasiones. Qua in  
re cum nos quoque illust. et mag. Caro-  
lus Chodkiewicz generatis exercituum  
magni Ducatus Lithuanie certiores  
reddidisset. pluribusque de propensissime  
Fidelitatis tue in nos voluntate confir-  
masset. nos quoque voluimus Fidelita-  
tem tuam hinc literis compellere, ut  
intelligat longe acceptiora nobis ea fu-  
tura que de fidelitate tua referuntur.  
si ab ea re ipsa hoc belli moschovitici

progressu.

Suo Moschica.

Pau. Duffu.

progressu comprobentur. De nostra quae  
idem gratia ac benignitate minime du-  
bitare debet. nec enim solum illam hinc  
ornamentis et commodis propriis labo-  
ribus ac impensis partis ornatum esse  
volumus. Sed majores quoque in dies bene  
nobis collocatae opera fructus et debita  
virtuti suae praemia certo sibi polliceri  
et expectare debet, ac potest quod fusius  
Fidelitas tua ex memorato Eterituum  
generali qui nostro nomine pluribus  
cum Fidelitate tua agit, intelliget. Por-  
ro a fidelitate tua id diligenter requiri-  
mus velis nobis suam eo in passu con-  
testare fidem ac operam. De rebusque  
omnibus cum eodem generali sua com-  
municare consilia. Rem nobis gratissi-  
simam omnibusque gratulac ac benefi-  
centiae nostrae argumentis rependen-  
dam praestiterit fidelitas tua. quam de  
aeterno bene valere cupimus. Datum  
Viasnae Die 28. Mensis Decembris.  
Anno Domini 1612. Regnorum no-  
strorum Poloniae Vigesimo quinto.  
Suetiae Decimono nono.

Sigismundus Rex.